Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



38

militer quod humana doctrina est uerbi causa grammatica ars
uel rethorica uel etiam dialetica ex qua doctrina ad sacrificium quidem
hoc est in his que de deo sencienda sunt nichil suscipiendum est. Ser-
mo uero lucidus et eloquentie splendor ac disputandi ratio
administerium uerbi dei sacrificium positum ille qui dicebat. cor-
rumpunt mores bonos colloquia mala. Et cretenses semper men
daces. male bestie. uentris pigri. et alia his similia ex fer-
mento sumpta grecorum. Quod autem dicit. subdie comedetur. nec
derelinquetur de eo usque in mane. conferamus cum ceteris sacrifi
ciis. et uideamus que sit ratio. quod in hoc quidem sacrificio
salutari eadem die qua offeruntur precepit comedenda in alio uero
sacrificio etiam in secundam diem seruare indulget. et usque in
terciam. tertia uero iam die igni tradi que superfuerint. ne pol
luant offerentem. Quid ergo habeat ista differentia uideamus.
Si uere indigemus auxilio dei qui omnes adipes contegentes interi
ora nostra dignetur abscidere. et omne crassioris sensus uela
men auferre. ut hec secundum id quod a deo mandari dicitur possimus
aduertere. Conferamus ergo ipsam sibi scripturam diuinam. et
quam aperuerit nobis absolutionis semitam subsequamur. Inuenimus
enim de sacrificio pasche quod inuesperam ymmolari iubetur
dari mandatum similiter ut nichil remaneat ex carne
usque in mane. Non est hoc ociosum quod esternas carnes non uult
nos uesci sermo diuinus. sed recentes semper et nouas. eos max
ime qui sacrificium laudis ymmolant deo. nouas eos carnes
et recentes ipsius diei edere iubet. hesternas prohibet.
Recordatus sum simi bes le aliquid et prophetam ezechielem di
cere cum ei dominus precepisset ut coqueret sibi panes in stercore
humano. Respondit enim domino et dixit. O domine. numquam contaminata est anima mea. et morticinum et immundum non in

pasche uel sacrificium

detentum iubetur admitti. Aut non super hoc fermentum habet. ubi dei